

Et 5. unum cum patre, in patre manens cum patre una semper operatur quæcunque pater operatur, *Ioh. sa-
pius alleg. locis.* Et 6. talia opera fecit, quæ alius nemo, *Ioh-
an. 15. 24.* Ubi verò unum horum de Prophetis & Apo-
stolis dicitur? Infinita igitur inter opera Christi & ho-
rum est & manet differentia. Invicta ergo manet veri-
tas, Christum cum patre & Spiritu sancto verum Deum
benedictum in secula, *Romanor. 9. 5.* Nobis enim, quod
Tertullianus habet, omnes scripture & veteres Christum Lib. adver-
Dei, & novæ filium Dei præfiniunt. Hoc & retrò prædicaba- sus Prax.
tur, hoc & ab ipso Christo pronunciabatur, imò jam & ab ipso
patre coram de cœlis Filium profitente & Filium glorificante:
Hic est Filius meus. Et glorificavi & glorificabo. Hoc & à Di-
scipulis credebatur: hoc à Iudeis non credebatur: hoc se volens
credi ab illis omni horâ patrem nominabat, & patrem præfe-
rebat, & patrem honorabat. Hoc ergo & nos credamus, ut
credentes Jesum esse Christum Filium Dei, vitam per
nomen ipsius habeamus, *Iohan. 20. 31.* Hoc qui non cre-
dit seductor est & Antichristus, *epist. Ioh. 2. v. 7* Fugiamus
ergo omnes, qui hanc doctrinam non attulerint, nec
Ave eis dicamus, *ibid. v. 10* sunt enim ministri Satanae, qui,
ut verbis Cypriani lopuar, subornat eos velut ministros ju- Cyprian. de
stitia, afferentes noctem pro die, interitum pro salute, despera- simpl. præ-
tionem sub obtentu spei, perfidiam sub praetextu fidei, Anti lat.
christum sub vocabulo Christi, ut dum verisimilia mentiun-
tur, veritatem subtilitate frustrentur, &c.

IN FESTO DD. PETRI ET
Pauli Evangelium, Matt. 16. 13. Marc.
8. 27. 31. Luc. 9. 18. 22.

ARGUMENTUM.

Cum Patre sese unum summo testatur IESVS:
Inde suo mandat nomine cuncta peti.

13. Cum venisset autem Jesus in partes Ce- E' Λθαν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν
farez, μέγη Καισαρείας τῆς Φι-
λίππων.